

aliqui prorsus improbant: alii saltem insertam confessioni
non probant. Qui decretum fecerunt Vapineci, instant apud
nos s. forte et apud vos: de suffragio. Sed prius se integrā
id factum oportuit. Zelum in prudentia permixtum nos
non probamus: etsi nunc mutationem fieri vix absq[ue]
gravi scandalo posse aut debere iudicemus. Digna res, de qua
in medium consulatur, ne hoc incendio, cui non Rex
modo, sed et orthodoxi quidam imprudentes oleum infundere
dicuntur, Ecclesia Galliae conflagent. Ceterum de nodo, qui
nos nunc exeret, scripsi ad D. Polanum, iam quo rogo, ut i[st]i
dicium tuum atq[ue] consilium comanices. Literas D. Coniti
Wittgenstenio inscriptas diligenter curavi reddendas genero
eius D. Coniti Solmensi, Magno Aulae nostrae Magistro.
D. Quiring per me tibi cum salute plurimā anni incun-
tis felix auspiciū, feliciorē decursū, felicissimū
deniq[ue] exitū à Domino precatur, rogatq[ue] silentium ei
nunc condones, donec id uberiore materia propediem expi-
et. Vale. Dominus Jesus te dia Ecclesia sospitem seruet.
Heidelbergae postridie Natalis. Anno 1604.

38.

D. PANTALEONI Candido salutem D. Pareus.
* Pro Reipublica et Ecclesia forte est cur deum sedulo fatigemus,
ut inter tam varias Anti-Christi technas sibi seruet reliquias et
hospitia piorum in Germania. De pluribus scripsi ad D. Keuthorum
collegam tuum. Ad superiores tuas non respondi propter varia
impedimenta et tadia, quae Sathan nobis hūc obijcit. In Chrono-
logia sacra continuanda adhuc laboro. Impediunt enim me occu-
pationes aliae, et argumenti gravitas temp[us] videtur postulare. Haec
nempe ago, ut Chronologiam sacram ex sacra historia à principio
ad Christum

ad Christum nobis prodam. His enim omnes, uno Bernaldo,
et nuper Bruchtono excepto, à quibus tamen in quibusdam dissen-
sione cogor, inter finem captivitatis et initium hebdomadum Da-
nielis hiatum facere majorem vel minorem, quem ex Thucidide,
Xenophonte et profanis aliis expleat, magno et pudendo erro-
re, meo quidem iudicio, quasi videlicet Spiritus Sanctus hæc parte
deseruerit Ecclesia, et oraculum Danieli frustra aperuerit,
quod sane dicendum erit, si hiatu arbitrarij ille, de quo dixi,
locum habet. Sed credo me de hoc etiam alios ad te. Dabo
operam ut brevi manum extremam imponam. Feliciter
vale. Heidelbergæ 12. Januarij 1607.

D. AMANDOPOLANO Theologo Basiliensi David

39.

Pareus.

Salutem à Domino Jesu. Petis frater honorande sententiam meam
de questione: En Theologia, quatenus est habitus animi tum in
Prophetis et Apostolis, tum in alijs fidelibus, sit habitus infusus?
an vero tantum in Prophetis et Apostolis sit infusus, quia sine ulla
labore suo per immediatam inspirationem eum sunt consecuti; in alijs
vero fidelibus sit habitus acquisitus, quia non sine labore et stu-
dio eum consequantur? Et quidem loquendo non de Theologia naturali,
hoc est Metaphysicâ, quam acquisitam esse constat. Sed de Theologia
Christianâ. Et si vides, quid in utraq; parte disceptari queat, dica
tamen, quid mihi videatur brevi sive, salutus et aliorum meliore ju-
dicio. Rectè igitur removes à questione Theologiam Philologorum
et Prophetarum: ut in questione relinqua tur sola Theologia, ut nunc
habetur et docetur in scholis Christianorum, estq; rerum divinâ
ad salutem patefacta scientia. Quantum ad methodum talem,
vel talem, quâ traditur vel cognoscitur, questio nulla esse potest
quin sit acquisita. Quantum ad materias ipsas, disceps Theo-
logiam θεωρητικὴν à πρακτικῇ. θεωρητικὴν pato esse acquisitum
habitum, qualem vulgar Theologorum habet, ut inam non
abq; Spiritu